



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

V.7. Impinguâsti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm  
præclarus est.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

V. 5. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

*Paraphrasis.*

**L**icit justitiam & bonitatem tuam simul consideranti trepidatio & angustiae se insinuentur. Evanescunt tamen umbras timoris ejusmodi, quæ plenam minuant in tempi JESU confidentiam. Imò cœlesti me consolatione perfundit sentio, dum pastoralis cura tua ac potestas, quin & Crux sancta tanquam baculus, quod Dæmon abigitur, menti occurrit, & hæc cogitatio, quod omnis mihi immissa adversitas, hæc ipsa mors, virga sit, quâ punis in hac vita, ut in æternum serves, animum subit.

V. 6. *Parasti in conspectu meo mensam adversos eos, qui tribulant me.*

*Paraphrasis.*

**Q**ui me oviculæ instar in opima S. Ecclesiæ tuæ pascua ducere, & in via purgativa juvare dignatus es, jam grandiorē factum valut gratissimus hospes lautâ mensâ tanquam amicum excipis, & in hac fatali hora tot hostibus impetum corpore & sanguine tuo reficis frumentibus iis, qui sibi occlusos esse in animam meam aditus intelligunt.

V. 7. *Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est.*

*Paraphrasis.*

**H**oc in cœlesti mensa menti meæ selectissimas Spiritus. Si gratias affudisti, quibus velut inua-

inunctus sentio in intellectu meo majorē perfuso  
luce magnam facilitatem, in voluntate alacri-  
tatem, ut me tibi perfectè uniam. Sanguine  
tuo pretioso ebria, anima mea te unum sitit, re-  
rum cæterarum ne meminit quidem, & nil scit,  
nec cupit nisi te.

V. 8. Misericordia tua subsequetur me omnibus  
diebus vite mea. Et ut inhabitem in domo  
Domini in longitudinem dierum.

Paraphrasis.

Nec potentia tuâ tanum fecurus, & libera-  
tate in sacro hoc convivio exhibita hilas-  
ris, sed semper & ubique misericordia tuâ fre-  
tus, quæ lateri meo comes & dux fida adhæret,  
pericula omnia omnibus vitæ diebus & restan-  
tibus adhuc vitæ meæ minutis salvus evadat.  
Hæc tuâ me fulciente misericordia felicem obi-  
bo mortem, quæ janua ad cælum erit. Ubi  
nullis temporum circulis definita quiete per-  
fruar. Hoc spero mi JESU, & sic inter te sa-  
cerum Eucharistiz epulum instituentem, & me  
ultimò eodem refectum parallelum erit. Tu  
id instituisti, in qua nocte tradebaris. Ego id  
sumpsi, dum tradar Ministris justitiae tuæ du-  
cendus ad tribunal. Tu id instituisti, dum ve-  
nit hora, ut transires ad Patrem. Ego id sum-  
psi, antequam ad te, ut ipso Patrem, non ir-  
reconciliabilem per totam æternitatem Judicem  
transirem.

Potest etiam prælegi pro piis affectibus elici-  
endis Psalmus trigesimus nonus, præcipue ab